COMMENTARIA.
IN IEREMIAM PROPHETAM QVIBVS LATINA VVLGATA EDITIO DILVCIDATVR, ET CVM Hebraico fonte & Septuag. Editione & Paraphraſi Chaldaica confertur.

Auctore F. Andrea Capella Valentino Cartuſiano Theologiæ Doctore Cartuſiæ Scalæ Dei Priore.

CVM LICENCIA.

Excudebat Hubertus Gotardus in Cartuſia Scalæ Dei.
Anno. M.D.XC.VIII.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA

Es del Coll° de la Comp^a de Jhs de Sala

EGO Bartholomæus Rocha D. Theolog. Eccleſiæ Tarracon. Canonicus Pœniten. iuſſu & ex cōmiſsione Illuſtriſsimi ac Reuerendiſsimi Domini mei Anto. Auguſtini Archiepiſcopi Tarracon. Commentaria hæc in Prophetam Ieremiam Auctore F. Andrea Capella Valentino Theo. D. Cartuſiæ Scalæ Dei Priore qua potuit diligentia legi, in quibus nihil inueni, quod aut Catholicæ fidei, & bonis moribus repugnet, aut ab eo ſenſu quem ſancta Romana tenet Eccleſia, diſcrepet, aut ab vnanimi ſanctorum Patrum conſenſu abhorreat: ſed veterem, & vulgatam Editionem accuratè explicari, cum Hebræo vero & Caldaico textu, ac editione Septuag. ſic cōferri, vt eius ſenſus magis eluceat, multa recta & obſcura (qualia reperiuntur in Prophetis) ſubtiliter & dilucide detegi, multa per Allegoriam dicta exquiſitè & piè elucidari. Eoq; ea probo, dignaq; eſſe iudico quæ ad publicam Eccleſiæ vtilitatem, & eorum preſertim qui ſacrarum literarum ſtudioſi ſunt, Typis mādētur. Tarracō. 3. idus Maij. 1586.

Ba. Rocha.

NOs Iacobus Reig. I. V. D. Canonicus Eccleſiæ Tarracon. in ſpiritualibus & temporalibus Offi. & Vic. Gene. Illuſtriſsimi & Reueren. D. D. Antonij Auguſtini Archiepiſcopi Tarra. viſa relatione deſuper contenta licentiam concedimus imprimendi præfatum librū illumq; vendendi in ciuitate & diœceſi Tarraconæ, die & menſe & anno in eadem relatione contentis.

Reig Offi. & Vicarius
Generalis prædictus.

 PHILIPO.

PHILIPPO II.

Regi Catholico Monarchæ Potentiſsimo F. Andreas Capella Prior Cartuſiæ Scalæ Dei. S. & Humile obſequium.

EN PRODIT EX HAC tua Cartuſia PHILIPPE Rex Catholice potentiſsime IEREMIAS Propheta elucidatus, proficiſciturque ad Regiam tuam Maieſtatem, qui olim miſſus eſt ad Reges & Principes & Gentes: non iam ut euellat, deſtruat, & diſsipet, Sed ut ædificet, & plantet; & ut olim Iudæ, gladium Sanctum aureum tibi porrigat, munus à Deo, in quo deijcias aduerſarios populi Dei. In eo enim Dei timorem, fidem, religionem, clementiã modeſtiam iuſtitiam, æquitatem leges, quibus regna firmantur, ſtabiliuntur, amplificantur, & ad eternita-

tem

IN IEREMIAM PROPHETAM.

Præfatio.

LIBER Ieremiæ Prophetæ, qui vn⁹ eſt ex illis, quos maiores vocãt, inter canonicas ſcripturas annumeratur: tam á Iudæis, quàm ab Eccleſia Catholica, neque vnquàm de illius auctoritate dubitatum eſt, quemadmodum neque de eius auctore: quem omnes conſtanter aſſirmant fuiſſe Ieremiam Prophetã, excipiente de ore ipſius Baruch Neriç filio. Sed & eundem Ieremiam in vnum volumẽ colligiſſe Hiſtoriã. 3. & 4. lib. Regum ex lib. dierum regũ Iuda & Iſraël, & ex ſcriptis Nathã Prophetæ, Ahiæ Salonitis, Abdo videntis, & Semeïæ, Hozai, Iehu, & Iſaiæ prophetarũ, quç ſçpe in eiſdem libris citantur, auctores ſunt Procopius Gazenſis, & Rab. Moyſes, & kimchi, & Iſidorus. Cuius rei argumentum eſt, quòd poſtremum caput lib. Regum cum vltimo capite libri Ieremiæ idẽ prorſus ſit. Quod nonnulli aſſerunt adiectum fuiſſe à Baruch, mutuatum ex lib. 4. regum, eo conſilio, vt ex commemoratione cladis Ieroſolymitanæ, quæ in eo capite refertur, viam ſterneret lectoribus ad proximè ſequentem librum lamentationum, in quo Ieremias lamentabilem vrbis euerſionem, & populi captiuita-

PROPHETIA IEREMIAE.

ARGVMENTVM.

Ieremias in vtero ſanctificatus mittitur ad prophetãdum. Oſtenditur ei imminens Iudęorũ excidium.

CAP. I.

*Verba Ieremiæ filij Helciæ, de ſacerdotibus qui fue-
runt in Anathoth, in terra Beniamin. 2. Quod factũ
eſt verbũ Domini ad eũ in diebus Ioſiæ filij Amon
regis Iuda, in tertio decimo anno regni eius. 3. Et fa
ctum eſt in diebus Ioacim filij Ioſiæ regis Iuda, vſq; ad conſum-
mationem vndecimi anni Sedeciæ filij Ioſiæ regis Iuda, vſq; ad
transmigrationem Ieruſalem, in menſe quinto. 4. Et factum
eſt verbum Domini ad me, dicens 5. Priuſquàm te formarem
in vtero, noui te: & antequam exires de vulua, ſanctificaui
te, & Prophetã in Gentibus dedi te. 6. Et dixi, A, a, a, Domine
Deus: ecce neſcio loqui, quia puer ego ſum. Et dixit Dominus
ad me. 7. Noli dicere, puer ſum: quoniã ad omnia quæ mittã te,
ibis: & vniuerſa quæ mandauero tibi, loqueris. 8. Ne timeas à
facie eorũ quia tecũ ego ſum, vt eruam te, dicit Dominus. 9. Et
miſit Dominus manũ ſuã, & tetigit os meũ: & dixit Dominus
ad me 10 †. Ecce dedi verba mea in ore tuo: ecce conſtitui te ho* Iſa.51.16
die ſuper Gentes, & ſuper regna: † vt euellas, & deſtruas, & 59.21.
diſperdas, & diſſipes, & ædifices, & plantes. 11. Et factum eſt Inf.18.7
*verbum Domini ad me, dicens, Quid tu vides Ieremia? Et di-
xi, virgam vigilantem ego video. Et dixit Dominus ad me, Be-
ne vidiſti, quia vigilabo ego ſuper verbo meo vt faciã illud. Et
factum eſt verbum Domini ſecundò ad me, dicens. Quid tu vi-
des? Et dixi, ollam ſuccenſam ego video, & faciem eius à facie*